Vellitis jubens? Sic plerique etiam
miss. Pal. Gembl. S. Victor. non ve. *Grat.*
Nec potius magistratum? *Admonen-*
tum Guilielm. forte legendum impotens.
Idem.

597

Nec res sum iudicata? Pantagathus de-
lebat tum: & paulo poft, pro *sanen* si le-
gebat tamēsi. *F. Ursin.* Sane tum nec
Franc. nec Dred. nec edit. princeps agno-
cit. *Grevius.*

Municipibus Anagninis ornatisimis? Vox
ornatisimis, abeit codicibus antiquis: &
vera si non sit, vixit, aut *boni* *ornati-*
simis, non videatur esse e consuetudine
Ciceronis posita. Admonendus præterea
leto est, ubique lib. vulg. habent,
Sedulus, antiquos habere, *Fidulus.* Lamb.

CAPUT XXXI.

Quod si ne scriptum quidem unquam est?
Etiam pag. infrequenter negat potiam in-
terditionis in ipsa rogatione per scriptum
suffice. Horom *No scriptum quidem unquam*
est? Fortean, inquit Guilielm. *ut quam*
hoc est, illa parte privilegium Clodiani -
Grevius.

Grat. Honinis dignitas honeste? Sic re-
scripsi ex Franc. Dredensi & editione prima.
Vulgati *coherentes.* Grevius.

*Non, ut effet interdictum, quod fieri non
poterat, tulerunt?* Franc. Dred. ed. prim.
*Non, ut effet interdictum, quod fieri non
poterant, tulerunt.* Hor. nemo fani judicii
non probet pra. vulgato. *Idem.*

*Quod de omnibus, etiam quibus damnatis
interdictum est?* Placuit mihi Petri Fabri
Tofolani conjectura, arbitrantis, hic
esse legendum, quibus damnatis, pro qui-
busdam damnatis, deleta una syllaba su-
pervacanca *dam.* Quin aliquanto post tem-
pore, quam ille mihi suam conjecturam
expofuisset, ita imprefum reperi in uno
quodam exemplo, *Lugduni excuso.* Lam-
binus. *Quod de omnibus, etiam quibus
damnatis interdictum est?* Pantagathus
pro quibusdam emendabat *civibus iam,* &
recole, ut videatur. *F. Ursin.* Etiam quibus-
dam damnatis. *Et Fabri & Pantagathi
conjecturam relipuerunt libri nostri.* Grat.
Vera tamen est P. Fabri emendatio, quam
& Manutius recipit, licet repugnat libri.
Syllaba *dam* ex frequenti vocis *da-*
mnatis perperam est repetita librariorum
ocitantia. *Grevius.*

Quare hoc ex Clodio? Legendum puto,
e *Sexto:* *ten e Sexto Clodio.* Immò vero
finis dubio ita legi debet, *e Sexto Clodio.*
Nam & codices omnes hanc lectionem ad-
juvant.

juvant, & ratio flagitat. Fuit autem facili & proclivis lapsus ab hac recta scriptura ad vitiosam illam, si literas species Lambia. Nostri tamen omnes libri, & omnes editiones ante Lambinianam ex Gladio.

Eisque imperium est abrogatum] Sic editiones posteriores. Sed prima cum Dredensi & Francii: & *eque imperium est abrogatum*. Copula que hic nullum esse locum facile quivis, qui omnium attendat, intelligit. Corruptum esse locum varietas scripturae indicat. Scripti, credo, Tullius, et *inquo imperium est abrogatum*. Ut inferius cap. 33. *Illi*, qui expulsi sunt iisque. Mox Franc. Dred. ed. prima, & aliae vetustiores: cuius dies dicta non est, pro vulgato nunquam est. Gravius.

C A P U T X X X I I .

Ne in ipsa quidem rogatione prescripta est? Libri veteres habent, prescripta est Lamb. Sic & quos ego infixi niss. & ed. prima. Legendum, ne *ipsa quidem rogatione prescripta est* ut supra. Addidi notam interrogandi, que male in Gruteriana, & alias fuit omissa. Gravius.

Judicem subdidit] Erani judicium decurrie precepta ex senatorum numero. In demoratu autem locum alter sufficiebatur. Horomarus.

Dicetis meo] Notanda locutio pro, me absente. Idem. De hujus generis locutionibus, vide que supra notavi ad cap. 21. hujus orationis. Gravius.

Quod & si adfessum] Contentum, factor, omnes libri. Sed vide num sententia ferat haec verba: & an non Tullius scriperit: *quam si adfessum*, aut *adfessum*? Si tamen Tulliana manus est, que in libris extat, ex precedentibus sic est intelligenda & supplena. *quod & mibi tribuerent, si adfessum*. Sed Ciceronis facilitati illi perspicue videatur id non satis convenire. Ldom.

Cefo ille Quintius] Sic legendum, non, ut vulgo, *Confo ille Quintius*. Significatur enim Cefo Quintius, L. Quintius Cincinnati filius, qui, populo clamoribus tribonitiis concitato, juvenis optime de re publica meritus ad Tufcon exultatum abiit. T. Livius libro III. Annalium. *Lamb.* *Confo ille Quintius*] Ita scriptum est in

G R E V I A N U M

omnibus vulgatis codicibus. Ant. Augu stinus, pro *Confo legit Kefo*, & optime quidem: quod prater Dionysium & Li vium, sequentia etiam pronomina offendunt. *F. Ursin. Cefo ille Quintius*] Haud aliter Erfund. atque Pal. nonus. P. Manutius maluit *Kefo*. Vulgata, *Confo ille*, ineptie. Gruter.

Mibi sine alio iudicio] Mibi pro, in me profutum videtur. Horomarus.

P. Popilius] Et de Popilio & de Metellis dictum est in extremo orationis post reditum in senatu. Idem.

C A P U T X X X I I I .

1575

Afui simus cum republica, reales cum maxima dignitate te vivo] Ita hunc locum olim emendauit Pantagathus, a quo accepit Manutius. Postea vivo, mutavit in invito. F. Ursin. *Dicam maxima cum dignitate*] Visitur passim hodie in libris reddii maxima, &c. Sed est a conjectura Pantagathi. Scripti editique, omnes stant a nostra. Grut. Franc. *Afui simus cum republica, cum maxima dignitate*. Dred. & ed. prima: *Afui simus cum republica dicam maxima dignitate*. Sic & ed. primi nisi quod pro republica scribat rai' pab. Corripit *afui pro afui*, ut semper antiquiores codices. Sed rai' dicam quid hic rei est & loci? Mibi certissima videatur emendatio Pantagathii, quam inerto probavit P. Manutius, que ex vestigiis veterum codicium est nata. Quid enim aliud innuit Francii primus, in quo est: *Afui simus cum re publ. cum maxima dignitate?* Alii interponunt dicam. Numimum re p. absorbit primam syllabam sequentis vocis * carundem literam, redit, dein sequens cum, cum remansisset di mutatus est in eam, unde ortum dicam, quod hoc sine sensu legitur, rai' cum autem, quod exigebat syntaxos ratio, possum fuit ab editoribus post maxima contra veterum librorum fidem. Nos cum Man. veram scripturam reposuimus. Grav.

Altero praece penevit] Aldus Nepos edidit patiente. Habebat Pal. nonus. dicens, Gembli. dicens, quod ultimum excusandum est. Gruter.

Quid est, quare quisquam mibi se in ipsa populari ratione anteponatur? Ita legebat Pantagathus. F. Ursin. Dele se excusare.

ten.

I N O R A T . P R O D O M O .

599

rentia Pantag. Id irrexit, ant non deletum est in Ciceronis contextu, vitio librarium.

Frequenter] Cogere, congregare. *Hoc.*

Lemidios] Hunc nominat in Sextiana:

Acrusa Lemidios, non pecunia locum. Id.

Plaguleios] Erfurd. Placuleios. Et sic quoque Pal. nonus, nisi quod etiam esse posset Placuleios, Editionibus vulgaris, totum istud nomen deest. Grav. Puto Gruterum scriptis *Plaguleios* ultimo loco.

Quam gentes ultima perirent] Re-

nius scribi in Franc. Dred. & ed. prima:

quam gentes ultima perirent, nemo,

credo, ambigit. Mox ex istem libris re-

cepit, ex *servi*, ex conductis. Cum in vul-

garis sit ex *servi conductis*: fed non servi

conductabantur, fuis enim servos armatar

Clodius, sed ex face plebis seditionis homi-

nes conductabantur, quos paucis versibus

precedentibus descripsit. Gravius.

C A P U T X X X I V .

Minervam Jovis filiam, Jovis sororem

] Sic restitu. conjectura dubius. Sed Joan.

Passeratius legit: *qui Minervam Jovis, So-*

orem meam, &c. In *Minervam Jovi*,

sororem subintelligit, filiam Lamb. Non tam

incurdit, *qui Minervam Jovi* sororem

meam esse sororem existimem: ita postea scrip-

tim adspicitur ei meliores Palatini. Gruter.

Franc. Dred. ed. prim. & multa vetustio-

res: *Non tam incurdit quod Minervam*

Jovis sororem, meam esse sororem existimem.

Neque adspicitur ei meliores Palatini. Gruter.

Ineptissime vulgata, qui *Jovem esse dicam*:

non tam incurdit qui Minervam Jovis so-

orem, meam esse sororem existimem. Neque

adspicitur ei meliores Palatini. Gruter.

Ne tu te debas Jovem disere] Pal. no-

nus, Gemb. Victor. soleas. Quod si reci-

pimus, rescribendum præterea ducre.

Gruter.

C A P U T X X X V .

Quam de objectis non confiteri] Examini-

ment quoque penitus otiosiores lectionem

Pall. noni & cod. Victorini, quibus abest

negativa. Oratorio acuminé ita loqui pos-

se, quoniam nihil ad objeta respondeat.

Tu Contare, tu Rigalti, tu Meursi,

conferte confilium. Gruter.

Crudelitas illius temporis] Quo Catilina

conjurationem opprefcit. Horom. Crudelitas

illius temporis] Turing. Victor. Pal. ix.

Crudelitas ea unius. Gruter.

Demissi] Lente, non acriter, non ve-

hementer. Horomarus.

Audiens populo Romano] Significat im-

fmu-

605 AUCTARIUM
simulandum illud, de quo Famil. lib. 5.
ep. 2. & in Pison. *Idem.*

CAPUT XXXVI.

De me dixi sublatius] Forte *sublatius*, adnotavit restringendum Gulielmus; sed nihil eius aves addicunt, hoc est, libri veteres. *Gruter. Miror Gulielmum. An non meminit Ciceronem sic locutum etiam esse in Bruto? Quoniam ergo orationum bonorum (bus enim querimus) duo genera sunt, unum attenuare preseque, alterum sublate amplectere dicuntur.* *Gravius.*

Cum omnium perditorum & conjuratorum incita vis] Sic Pal. nonus & S. Vict. nec vidi cur hic ex ferri non posset, quam vulgatus *incitata*; quod non comparet aliquo in Pal. tertio, quarto, octavo. *Grat.* Ego vero *incita* in Lucretio ferrem, non in Tullio. *Refe Franc. Dredf. editio prima cum vulgatis, incitata*, quod non erat refingendum ex codicibus, in quibus ultima syllaba forte sonnolentia librari exciderat. *Sic paulo ante: Populi incitata vim & iracundiam. Et statim: Populus Romanus incitata iracundia aut invidia.* *Gravius.*

Conjugis misera discidium] Sic est legendum, non ut vulgo, *conjugis misera discidium*. Non enim fuit inter M. Tullium & Terentium discidium, sed, M. Tullio in exitum pulso, factum est viri & uxoris discidium. *Discidium autem, id est, distractio, divulsio, disciffo, a verbo discindo, ut sapienti jam diximus, & pluribus verbis docimus in commen-*tar. *Lucretianis. Lamb.*

Concidere, quam occidere] Plus ergo hoc quam illud est: quafi *concidere*, caderet sic cum dolore; *occidere*, cum interitu. *Hor. Remque publicam concidere unius discessu*] Libri manuscripti habent, remque publicam concedere, ubi vulgati, *condere*: ex que feci, *concidere*. Significat autem Cicero, tempublicam suo discessu concidisse; fin autem omnes interrissen, funditus occurrunt fuisse. *Lamb.* Remque publicam condere unius discessu] Ita scriptum est in veteribus libris, & recte, si verba Ciceronis attente inspiciantur; nam gloriositer se patriam discendendo servasse, quam resistendo deleverint. *Ursu. Concedere unius discessu, quam omnium interitu occidere*] *Qui*

GREVIANUM

Ita Pal. pr. non. S. Vict. aliorumque manus. non ut vulgo *condere*. *Lambinus fecit concidere*; *incepto*. Quod enim discrimen ejus quod *concidit* & *occidit*? *Audacius Gulielmus, concedere & int. occidere?* hac sententia; maluisse Ciceronem, rempublicam furori Clodiano cedere suo disciffo, quam eandem conducta multitudini obviam ire, & repugnare cum omnium interitu: in quam sententiam sapientis hoc libro locutus est. *Concedere* pro cedere, usus est noster pro *Murena*. *Occidere* autem effe obviam ire, notum vel e *Plauto. Gruter.* Hoc est argutari, ne quid dicam gravius de virtus doctis. Sententiam vidit *Lambinus*. Procul dubio *Cicer* luit in vocibus *concidere* & *occidere*. Quoties in hac oratione & praecedente, dicit rempublicam suo disciffo fuisse afflita, & si non rediuffit, planum periturum fuisse. *Superius cap. 33. Apud secum rempublicam ait, hoc est, fere viris rempublicam, five concidisse. Cap. 29: Utrum me patria sic accepte, ut lucem salutemque redditam ab refractum accipere debuit. Et patin. Gravius.*

CAPUT XXXVII.

Pretestator inimicus] Quod magistratum est insignis. *Hotom. Vide pretestator inimici, &c.* *J. Pall.* omnes pretestatores inimici, & sic quoque S. Victor. Neque omnino dispicit; ut agmine magni & quasi indagine quadam infisterint. *Gruter. Nugae. Excudit una syllaba.*

Arbitria petens funeris] Dixi in ea post reditum, arbitria aliquot locis dici, pro mercede libitaniorum. *Hotom. Vide quo ibi notavimus, ad cap. 7.*

Atque ita ut dolenter absit] Francii: atque ita ut, cum dolenter absit. Quod verum est. In Dredf. legitur etiam *cum*, sed desideratur *ut*, in editione prima utraque particula deest. Vides in aliis libris alterum, in aliis utramque, quam sententia flagitat, excidisse particulari. Preterea propterea aliud verbum desideratur, quod in nullis librorum, quos docti excusserunt, comparat, nimurum *videturis*, aut *baberis*, in his verbis, *ut cum dolenter absit, non tam sapient scilicet ducaris*. Sed nihil addo invitis libris. *Gravius.*

IN ORAT. PRO DOMO.

Qui autem ea relinquit resp. causa, a quibus cum summo dolore dissolvitur] Nam est viris placitis abstinentia rebus. Quid est aliud quod Christus Servator precipit, relinquenda esse illius causa, quam maxime nobis cara sunt: eos demum, qui hoc faciunt offendere, se Christum vere amare, illiusque dignos esse amoris? *Id.*

Quare temp. (dirumpatur lices) ista via [Voces duas, temp. ita scriptas r. p. ur. scribi solent, omittunt a librario propter similitudinem vocis superioris, rellitum: que facto totum hunc locum, cuius antea sententia erat perobscura, & inexplicabilis, planum redditi. Tum verbi duos, qui deinceps sequuntur, in libriss vulgatis fide depravatos, & aliquot vocibus spoliatis ac deformatos, in integrum restituti. Sic enim vulgo leguntur, *bis feruvi*, ut *confus* togatus armatis vice*ris*: *priu* *atus confusibus armatis ceſſerim*. Ego autem sic restituo: *Bis feruvi*, & *confu* *s togatus armatis vice*ris**. *& cum priuatus confusibus armatis ceſſi*. Naturam autem utrumque mendum est ex copulatione, & verba in ea scriptore, & particula, cum pratermissa propter syllabam primam vocis deinceps sequentis *confus*. Quibus admitti, verba sunt iam a conjectoribus, *vi* *ci*, & *ceſſi*, in *vicerim* & *ceſſerim*. Quod autem paulo plenius ac planius olim edideram *Bis feruvi*: *femel confus*, cum *togatus armatis vice*ris**: *stetum priuatus*, cum *confusibus armatis ceſſi*, cuius utriusque temp. &c. id nunc muto factum, quia nimis longe ab antiqua scriptura remotum est. *Lamb.* *Quare diſtrumpatur*] Reddidiimus lectori omnium atutum lectiōnem, mirifice inquinatum nūgis *Lamb. Gruter.*

Id quod in omni mea causa] Sic in extremitate orat. Quoq[ue] obsequiorum vor, Pontifices, ut mea quem auctoritate, studio, sententias restituisisti, nunc manus vestris colloceris. Significat eos, cum in senatu sententias dicentes, sibi perpetuo suffragatos fuisse. *Hotomanus.*

In confusu praeterea] In Palatino colore, loco edito & celebri. Ut paulo post: *In palatio atque in pulcherrimo urbis loco. Idem.*

In ea urbe, in qua tropaea & de me] Plana, & fine uila varietate ita scripta est vox *tropaea*, in codicibus manuscriptis, nequi forte prava confuetudinis defensor

Tom. VI.

pertinax, dicat me sine librorum antiquorum auctoritate uitratam scribendi rationem immutasse. Quod tamen in hac voce, & ut in aliis, veritate fretus facere non veritus essem. *Lamb.*

CAPUT XXXVIII.

Et ab eodem extractam] Sic in extremo: per religiosis vim sceleratus edificata. *Hotoman. Et ab eodem adam extractam* [Vocem, adam, quae fuerat omisita a librario decepto similitudine vocis, que antecedet, restituit certa conjectura doctus. *Lamb.* Et ab eodem extractam, & post in oculis civitatis] Pantagathus emendabat, *Extractam septulatum in oculis civitatis*. Ursin. Si annuerent libri, non repugnaret Lambino. Sed nunc, cum omnes codices consentiant, subaudiendum puto ex precedentibus domini. An post finem ferre domum, que in locum mez e-verba extracta est a communis hoste? *Gravius.*

Sp. Melii] Nota est historia ex Livio lib. 15. & Valer. lib. vi. cap. 3. ubi hac omnia commemorantur. *Hotom. Vide & Flor. lib. i. cap. ult. & quae ibi docti notarunt.*

Equivid aliud equum] Puto equum dicere pro planicem. Ut hic noster alibi dixit, *equora camporum*. Et prius equum Melii, pro planicem & aream Melii dicuum, poti vero coniuncte *Äquimelum*. *Hotoman.*

Nomine ipso Äquimelli] Domum deinde, inquit Livius, ut monumenta area esset, opprelle nefastis spei, dirimi exemplo iussit. Id *Äquimelum appellatum* est. *Idem.*

Diversus lucis coruscum videvis] Inter duos lucos sitam. Videtur fuisse illi duo luci, qui erant extra portam Capenam, ubi erat Camoenarum ades loco ornata a Fulvio Nobiliore, & alter lucus in quo fons erat Egeriae, & ipse Camenae facer. Fuerunt enim luci duo Camenarum. *Id.*

Cum domo Fulvii Flacci] His ille est M. Fulvius Flaccus, qui cum C. Graccho Tiberii fratre, a L. Opimio confusus interfecit est. *Lambinus.*

G g g

CA.

CAPUT XXXIX.

O rem, quam homines soli videre, &c.] Expressi quod erat in Pal. nono & Gembacen: vulgati amplius, soluti, a cura liberati, notabili glosterate. Quod mirum a Lambino non animadversum: qui variis conjecturis hic usus. Gruter.

Ex Pontificis Max. domo] C. Caesaris, cum in operum Bonae deæ ingressus est. Horatian.

Hucce vos qui estis] Haud fecus Pal. non. & S. Vič. Editi amplius, hunc, inquam, etiam vos qui estis, &c. cui bono? Gruter.

Cum tu eodem ore I Pudenter, & verecunde hunc locum emendavi. Nam enim, quod erat in vulgaris & antiquis, ego feci, quam. Ad religionem autem referendum est. Lambinus.

CAPUT XL.

Nimis esse superstitionem non eportere] Supspectus mihi locus. Nam quid est hoc, nimis esse superstitionem? quale est, nimis avarum, & nimis intemperantem esse, & nimis avaria. Quo modo si quis loquatur, significet, virtutum horum habituum nasci ex eo, quod est nimis, non ex rebus ipsis: & cum, qui sit avarus, aut intemperans, modo non sit nimis avarus, aut nimis intemperans, non esse vituperandum. Quod absurdum dictu est. At, ut avaritia, & intemperantia, vitiis sunt nomina, ita & superstitione, vitiis nomina est. Ut igitur aliquis reprehendatur, nimis superstitionem esse non necesse est, sed quicquid superstitionis est, eo ipso vituperandus est. Idem. Hac si in schola Stoica Lambinus disputaret, faciles ei præberemus aures. Sed in oratore qui cum vulgo loquitur, non nemo hac reprehendat. Sunt homines avari, sed sunt Eucliones, qui modum omnem excedunt. Tullius hic salse exigit Clodium, quasi nimis suffit superstitionis, qui volunt videre mysteria, que nulli viro videare fas est. Quamvis extra jocum verum sit quod vetus poeta cecinit apud Gelium iv. 9.

Religentem esse oportet, religiosum nefas. Gravius.

Anili superstitione] Iterum eius in oper-

tum Bonae deæ ingressum significat. Hor. Non excepteras] Significat caput translationis: Si quis non fuit ius rogari, ejus hoc legi nihil rogatum. De quo in orat. pro Cicero. Horatian.

Quod ex presentis infamie] Levi immutatione facta, etiam hunc locum restituui, ex infamie facto infamie, quemadmodum paulo post, primo versu, pagina proxima, ex una iusta, quod est in omnibus libris, feci, universa. Lambinus.

CAPUT XLI.

Nec est illa erga Deos pietas, nisi hominibus de numine eorum ac mente opinio] Vale Augustinus lib. 1. de lib. arb. cap. 2. De Deo optimo existimat, pietatis est exercitium. Nam ex illa recta & honesta opinione pietas & cultus oritur. Quia sit illa honesta opinio, & quod parat virtutem, docet imprimis pulcherrime Atrianus apud Epictetum lib. ii. 14. Magis dei spes, &c. Latina tantum adscribam, quia locus est prolixior. &c. Primum illud est distendere, esse Deum, & provide rebus universis, ac non modo facta, sed ne cogitatione quidem ac motu animorum eum latere posse. Deinde cujusmodi sunt Dii? Nam quales illi reverentur, salta ut sit etiam isti, qui illis placere volent, opera necessaria daenda erit, & ut quoniam proxime ad eorum similitudinem accedat. Si nunquam fidei est, illum quoque fidem esse oportet. Si liberum, illum quoque liberum. Si beneficium, illum quoque beneficium. Si magnanimum, illum quoque magnanimum esse poterit. Grav.

Cum expeti nihil ab iis, quod sit injarium atque inboustum] Itaque Plato & alii philosophi sentiunt non nisi lapientem tenere artem orandi. Hinc Persius Sat. 2. & Juvenalis Satyra 10. exagitant illos, qui vana & inania, & sibi noxia petebant a Diis, quod plerique faciunt homines. Idem.

Ipsa cum loci illius, cum eidem cupiditate] Franc. Ipsa cum loci illius, tum eidem cupiditate. Idem.

Ob eamque causam unam, una iusta illa rogatio] Forte, unam, ipsa illa rogatio. Gruterus.

Et eversam per vim hominis] Est a Pal. nono & S. Victor. editi, per unius homini-

IN ORAT. PRO DOMO.

603

us. Idem. Sed si sic legas, ut ex suis correcxit Gruteris, quid facias sequentibus, nefariorum larvacionium? aut copula est interponenda, aut foribendum nefario larvacionio. Sed non addicunt libri. Restitui itaque necessario priorum editionum lectionem fratratam Francii, Dred. & editionis prima præsidio: Eversam per unius hominis selec- rarijimi nefariorum larvacionium. Gravius.

Dos penates & familiares metu Lares ex-palit] Cornelius Graecchomater in epistola ad filium, quam princeps publicavit And. Schottus inter fragmenta. Corn. Nepotis: Ubi mortua ero, parentibus mihi, & invocabis Deus manes parentis. In eo tempore pudebit te eorum Deos pacem ex-petere, quos vivas atque presentes relatos deinceps habueris? Sic hunc locum reverentur maximum Latusmus in exercitacionibus Plinianis. Lares familiares erant manes parentum. Hinc duo erant Lates. Ovidius v. Faſtorum.

Bina genitorum quererebant signa Deorum.

Viribus avosse facta caduca more.

Mille Lares genitumque ducit, qui tradidit illorum.

Urbi habet, & vici numinis terra co-lunt.

Loquitur quidem de Laribus publicis, seu Comititalibus, quos duos tantum fuisse, quibus accesserit potius Genius Augusti; sed tamen & privati Lares erant quoque tantum duo, & cum Genius Augusti inter Lares quoque coleretur, tria erant Numeri, qua & publice in comparsis, & domi celebantur in Latatio. Et Vitellius Narcissi & Pallantis imagines aureas inter Lares coluit, teste eodem Suetonio. Sed penates aut erant manes majorum, cunislibet familiæ, aut quos etiam ex majoribus Dii præcipue colabant, singuli tanquam custodes salutis domesticæ. Patet hoc ex Cicerone lib. iv. in Verr. Querendum est, credo. Hejus ille nam ex alienum habuerit, num actionem fecerit: si fecit, num tanta diffi-cultas eum rei nummariae tenerit, tanta egestas, ut Deos patios venderet. Dicebantur enim penates ab aliis quoque scriptoribus Dii patris. Quinam fuerint illi penates in eadem oratione docet Tullius: Erat apud Hejum faciarum magna cum dignitate in edibus, a maiorijs suis traditum, pe-rantiquum, in quo signa pulcherrima qua-

CAPUT XLII.

Quandoquidem est ab te dedicata] Franc. & ed. prima: quoniam quidem est ab te dedicata. Dred. quin quidem est ab te dedicata. Existimo Tullium scriptasse, que quidem est ab te dedicata. Idem.

Negares liberos esse] Elatoriæ, pro ne-gares intercedendi jus habere. Horatian.

Cum principem orbis terræ virum] Non damno hanc scripturam. Magis tamen blan-damno hanc scripturam. Magis tamen blan-

ditur,

604 AUCTARIUM GRÆVIANUM
ditur, quæ in Franciæ reperitur, quia minorior est lectio: *Cum principem orbis terrarum.* Nam sic sepe loquitur Tullius. Pro Sexto Roscio: *Africa pars tercia orbis terrarum.* Grævius.

*Cum forum armatis ceteris perditorum hominum possidere.] Nihil hic movet manuscripti. Mihi tamen hæc sunt sufficiæ. Quia ausim affirmare verus uetus hic latere. Num quis legit apud ullum scriptorem probatum, possidere ubem, aut locum amittit, aut hominibus? Novi Ciceronem alibi dicere, *Cum calumna licentiam auctoritatè sua possidere.* Sed hoc est per auctoritatem suam. Posse dicere, possidere forum armatis, esse per armatos, aut cum armatis. Sed hoc infolens est, ut puto,*

Latinis auribus. Credo iraque literas esse transpositas, & Ciceronem scripsisse: *Cum forum armatis ceteris obſedisse;* ut nulli pataret aditus ad reprimendos ejus seceleratos conatus. In Rutilium: Totam Italiæ suis præsidis obſidero & occupare cogitar. Idem xi. Philippus aditus armatis obſidens. Si quis tamen praefacie vulgatam velit tueri, poterit sanu illam tueri, isto in Vatin. loco: *tenebas templum armatis hominibus.* Nec propterea velim cum quoquam contendere. Mihi tamen obſideres huic loco videtur esse aptius & accommodatius. Grævius. Cariſtui nunc denun hæc, opinor, sufficiunt. Olivetus.



VARIA

VARIÆ LECTIONES,

E primariis quatuor Editionibus

VICTORII, MANUTII, LAMBINI, GRUTERI

Colleßæ: præter illas, quæ in hac Editione Textui subjunctæ sunt, aut in Commentariis propositæ.

Paginam indicat numerus prior: lineam posterior.

- | | |
|---|--|
| 4. 19. <i>Fuit</i>] M. L. G. omitunt. | 14. 9. <i>vestrum</i>] L. nostrum |
| 5. 5. <i>Nunc</i>] M. nam | 19. <i>confecti</i>] G. confecti |
| 6. <i>honoris</i>] V. M. honoris mandandum, L. honoris mandatum. | 15. 17. <i>eruditus</i>] V. M. L. traducta |
| 7. <i>si quid</i>] V. M. L. quid etiam aut | 16. 1. <i>bellum</i>] V. M. L. omitunt |
| 8. 17. <i>Ita</i>] V. M. L. itaque | 10. <i>negotio</i>] V. M. L. negotiis |
| 9. 16. <i>dubit</i>] L. debeat | 16. <i>Jubilatio</i>] V. M. confilio |
| 10. <i>belli</i>] M. belli fructu | 17. 12. <i>navigaret</i>] V. M. navigaretur |
| 11. <i>vobis</i>] V. M. vobis & ab imperatoribus Reip. conf. L. vobis & ab imperatoribus vestris conf. | 25. <i>Brundusio</i>] L. a Brundusio |
| 12. <i>uno</i>] V. M. L. una | 26. <i>Qui</i>] V. M. L. quid ad nos cum ab |
| 13. 2. <i>a binis</i>] V. M. L. ab unus | 29. <i>Cnidium</i>] V. M. L. Quid |
| 14. <i>districti</i>] V. M. L. distracti | 18. 3. <i>poteſtare</i>] V. M. potestate |
| 15. <i>De seſtri</i>] V. M. L. fed pro vestri | 11. <i>tantame</i>] V. M. tantane |
| 16. <i>quod</i>] V. M. L. quod & vos | 14. <i>bōſium</i>] L. prædonium |
| 17. <i>conmorratur</i>] L. commorerut | 19. 4. <i>huius</i>] L. hominis |
| 18. 3. <i>cum de</i>] L. cum vestrâ maxima | 11. <i>atque</i>] L. delet. |
| 19. <i>vestigalia aguntur</i> | 19. <i>qualia</i>] L. quana |
| 20. <i>nobis</i>] V. M. L. vobis. | 10. <i>ult. noſtri</i>] L. veftri |
| 21. <i>falini</i>] L. fylvis. | 21. 22. <i>ea</i>] V. M. L. ea in re |
| 22. <i>collacces</i>] V. collatas | 33. <i>repletis</i>] L. complectis |
| 23. <i>id</i>] V. M. id quod certe, L. id | 22. 10. <i>Jam</i>] V. M. L. jam vero |
| 24. <i>certe</i> | 18. <i>prefecturus</i>] V. M. prefecturus |
| 24. <i>amiferant</i>] G. amiferant | 24. <i>tanque</i>] V. tam |
| 25. <i>impertiri</i>] G. impertire | 26. <i>noſter</i>] L. vefter |
| 26. <i>suffit</i>] V. M. L. effe deletas | 28. <i>ijſi</i>] V. M. L. ipſe |
| 27. <i>maxima</i>] G. magna | 23. 2. <i>judicari</i>] M. L. judicare |
| 28. <i>quæ</i>] M. L. delect. | 3. <i>jam</i>] V. omittit. |
| 29. <i>Lucillus</i>] M. L. Luculli | 9. <i>homini</i>] L. hominem |
| 30. <i>liberavit</i>] M. L. liberatam | 24. 9. <i>vobis</i>] V. M. L. omittunt. |
| 31. <i>effet</i>] L. erat | 20. <i>amansifimus</i>] V. M. omittunt. |
| 32. <i>ornata</i>] L. ornata que refertas | 25. 4. <i>item</i>] V. M. L. idem |
| 33. <i>Qvirites</i>] V. M. L. reputo | 12. <i>transmarinam</i>] V. M. maritimam |
| 34. <i>boe</i>] V. M. L. omittunt. | 18. <i>remagſt</i>] L. permanit. |
| 35. 28. <i>processio</i>] V. M. L. processus. | 27. 16. <i>quid</i>] V. M. L. quid de eo. |
| | 26. <i>Atenim</i>] L. Atenim, inquit. |
| | 28. 2. <i>dicam</i>] L. dico |
| | 12. <i>enīma</i>] V. M. L. omittunt. |